



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

120. An in collatione serotina ieuniorum possit quis in quantitate licita
comedere pisces? Et notatur quantitatem unciarum octo posse sumi in
collatione serotina. Ex p. 9. t. 6. & Misc. 1. r. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

De Ieiunio. Ref. CXIX. &c.

269

hoc ex appetitu, aut voluntate eorum qui prandium faciunt, aut cœnam dependent, sanè non ex alio capite.

Hucvsque Leandrus docte, vt semper solet.

3. Ex dictis sequitur, non esse audiendum Pasqualijum afferentem, diebus in quibus prohibentur oua, & lacteum, posse concedi panem biscoctum in quamcumque magna quantitate. Sed hanc opinionem acriter refutat Leandrus ubi supra, disp. 3. quæst. 18. respondens ad omnia fundamenta Pasqualigi: Imo disfut. 4. q. 48. putat collationem serotinam in quantitate vniuersam octo, non posse sumi ex pane ouis confecto, qui vulgo dicitur biscoitto; Non tamen damnare, qui comedere unum biscoitto. Et ita me citato docet Rocafull. in Praxis Theol. Moral, tom. 2. l. 3. de Precept. Eccl. cap. 4. num. 7. Vnde Martinus de San Joseph in Mon. Confess. tom. 1. l. tr. 6. de Ieiunio, num. 4. afferit: [Nozay que]ceteropular, es en comer un biscocho en la Colacion, porque es pequena la parte de hueuo que lleva, y lo demases pan, y azucar. Et tandem nota Patrem Pasqualijum, decif. 115. n. 7. docere, quod capite, seu stomacho debiles; possunt in collatione vti ouis; Sed Leandrus 9.47. putat contrarium; quia alia obliteratur, quibus licet vti in collatione possint ad tollendam debilitatem capitis, & confortandum stomachum; vt ex dictis constat: illis ergo debent vti, stomacho, aut capite debiles, non ouis per consuetudinem prohibitis,

RESOL. CXIX.

An in collatione serotina licitum sit sumere v.g. duo oua, & quad quantitatem an quis posset sumere quartam partem cœmissionis?

Bon in pisibus, caseo, lacte, cremore amygdalino, & tritico, id est Almendrada y almidan, posse fieri separata collatio serotina? Ex part. 4. tr. 4. & Milic. Ref. 117.

§.1. **V**tramque sententiam ego reprobaui in tr. de Ieiunio, refol. 1. non tamen ita acriter, vt Turrianus Societas Iesu in censor. theologicis cent. 2. dub. 24. vb. sic ait. An sit censura dignum afferere in die ieiuniū posse pro collatione, seu refectiuncula sumere duo oua? Respondeo, doctrina est scandalosa, temeraria & contraria bonis moribus, Ita ille. Quoad secundam questionem, Filius & alii, vt ego & j. f. pro notari, affirmatiū respondent, afferentes non esse quantitatem notabilem in collatione ieiuniū sumere quartam partem eorum, quæ ieiunanti sufficerent ad ordinariam suam cœmissionem, quia quarta pars cœmissionis non censetur magna quantitas, sicut neque in Molla, neque in Horis canonicis. Secundo, quia quantitas, que fieri solerit, non est minor quam sit quarta pars. Tertio, quia ita iudicatum est in celebri, &c. Sed hec doctrina, ait Turrianus loc. cit. cent. 1. dub. 27. est omnino improbabilis, & temeraria iudicata à viris doctis Hispanis, neque est tota in praxi, quia vel per coitionem intelligit meridianam, vel cœnam Vesperitam, & quicquid intelligat est falsissimum, quia in his cœmissionibus communiter homines ita magnam quantitatem assumunt, vt quartas pars sit quantitas notabilis, testes appello Hispanos, Gallos, Flandros, Germanos. Item non dicitur bene, quattuor partem aliquas totius non conferi magnam, non est enim consideranda quantitas relata ad totum, sed secundum se, vnde constat ad primam rationem. Ad secundam respondeatur affirmatum esse manifestum fallum secundum communem consuetudinem Hispanorum, & eadem referunt apud alias nationes ab his, qui in eis habitarunt. Tertium nullius est momenti. Hæc omnia. Turrianus, Tom. IV.

& ego antea, licet magis suauiter in d. tr. de ieiunio, refol. 1. Non sunt igitur supradictæ opiniones in praxi Quid hic est admittenda, & ita facientes frangerent omnino ieiunum. sup. Ref. 116. §. 2.

2. Nota quod post hac scripta inueni sententiam nostram quam olim ubi supra docui dannantem sumentes collationem serotinam in diebus ieiuniū cum pisibus, &c. docere etiam Sanchez in opus. tom. 2. l. 5. Sup. his in cap. 1. dub. 25. n. 4. vbi facit. Illa quæ sumuntur ad col. Ref. & §§. lationem simul cum pane, non debent esse cibi, qui ordinantur communiter ad perfectam sustenationem, vt oua, pisces; nam in his licet similis quantitas non violaret ieiunium, violaret tamen ratione qualitatis, vnde non potest fieri cum caseo, lacte, cremore amygdalino & tritico, id est, almendrada, y almidan. Hæc Sanchez, & ideo nescio quomodo contrarium facientes possint excusari a peccato mortali, cum haec opinio sit communis, neque valet consuetudo, quam aliqui assertur, nam potius consuetudo est in contrarium, vt omnibus patet, nec probatione indiget; & vt consuetudo in tali casu excusaret, deberet esse introducta à maiori parte, communibus, & non punientibus. Præstat, nam non potest esse legitima consuetudo illa, qua obseruantur à paucioribus, & patrum, timoratis, & si forsitan aliqui viri probi hoc antea fecerunt, excusantur ex errore & bona fide, ex opinione Bonacinae, non autem ex consuetudine, quæ reuera, vt dictum est, non adest, & contrarium assertore est falsitas; & sic tenent Patres Societ. Iesu, & nostra Religionis.

RESOL. CXX.

An in collatione serotina ieiuniorum possit quis in quantitate licita comedere pisces?

Et notatio quantitatem vniuersarum octo posse sumi in collatione serotina. Ex part. 9. tractat. 6. & Milicel. 1. Ref. 8.

§.1. **C**um in meo Tractatu de ieiunio, refolut. 1. pro Quid hic est affinitate sententia, quam ibi impugnauit, sup. Ref. 116, adduxerim solum Bonacinan; postea per litteras à & 9. Villalobos, & in plurius enxē rogatus sum, vt si alios Doctores contra meam sententiam in favorem Bonacinae inueni: alios & cius rem, palam facerem: quod nunc facio: & id d. eorum not. assigno, verba accipe, Petrus Marchant. in Tribun. Sacrament. tom. 2. tract. 12. tit. 3. quæst. 3. dub. 1. sic ait: [In collatione serotina] yel perteina de qualitate cibi non est altercandum, sed de quantitate duntaxat. Fundor: quia collatiuncula illa tolerata, vel permitta est ad aliquam conformatiōnē natura, propter infirmitatem humana. Nam. Quid igitur refert, quo cibo conformatio illa fiat, modis non excedatur; & cibis abstinentiæ ieiuniū sit accommodus; vel quid singularis dispensationis, sive gratia interuenire potest, vt me fructibus, & pane repleam; pisiculum autem, aut subortiunculam alterius generis attingere non audeam? Igitur censeo, qualitatē cibi, modis ex prohibitis in diebus ieiuniorum non sit, collatiunculam non vitiare, si in quantitate non excedatur.

2. Franciscus Ghetius in thes. anima, tom. 2. verb. Ieiunium, c. 1. q. 4. [In ientaculo seroton non refert; quid quisque sumat, si modum non excedat, dummodo non sit aliquis ex cibis vetus; vnde poterit comedи caseus, pisiculi parvi, vel pars exigua pisces grandis, iuscum etiam aliquod, & tandem quicquid magis vnuſquisque putat prodeſſe ſuā complexioni. Circa quantitatē non est determinanda; sed relinquenda est conscientia vniuersitatisque: quia, cum diuerſe ſint complexiones hominum, quantitas determinata poterit cibis deficiens vni, & ſufficiens alteri, excedens alteri.]

Z. 3. 3. Nicō

3. Nicolaus Mofciensius in *Tyrc*. *S. Artis Pænitentiarie*, part. 2. §. *De secundo Precepto ieiunij*, num. 22. fol. 97. [Materia coliationis olim soli fructus erant: nunc autem sumat quilibet, quod vult, nihil refert, dummodo parsitas apud prios recepta non excedatur; & comedatur id, quod ad nutriendum potius valer, ut legumina, & pīces, quamvis etiam hæc in modica quantitate non obstante ieiunio, ne collatio in cœnam transiret. Hæc autem quantitas non est taxata, sed arbitrio bona conscientia relata, attentis circumstantiis locorum, temporum, personarum, & occupationum. Hinc etiam iuscum accipi potest, feruata paruitate.]

4. Iacobus Marchantius in *resolutionibus pastoralibus*, p. 2. c. 3. fol. mibi 220. [Difficultas est de qualitate, an possit quantitas illa modica sumi de cibis qualibet, quinque licitis in diebus ieiunij, puta, de pīscibus? Bonacina assertit, in *vespertina collatione* non tam cibi qualitatem, quam quantitatem attendendam: & ita licet, collatiunculam de pīscibus, aut etiam de ouis, extra Quadragesimam, sumere, si modò quantitas non excedatur. In hunc autem insurgit acriter Antoninus Diana, & assertit, sic frangi ieiunium, peccari mortaliter ob qualitatem cibis sumptu; allegatque operosè multis Doctores, dicentes, non licet collationem facere, nisi cum modico pane, & fructibus, vel herbis, aut electuaris, & similibus leuioribus cibis, nec aliud confuetudinem permittere, sed esse corruptelam. His tamen non obstantibus, Bonacina sententiam nonnulli sequuntur, & dicunt, licet loco frumento, vel pīsciculum, vel pīscis grandioris particula sumere, vel aliquid cibi alterius cuiuscumque liciti in diebus ieiuniorum, si modò non excedatur quantitas modica. Et quamvis non sit suadendum ordinare huius sententia vīsus; tamen cum causa aliqua adest, potest fieri sine peccato; &, si fiat sine villa causa excusante, ego non existimo esse nisi veniale.]

5. Ioannes Vvigers de *institutio*, & *iure*, tract. de *Temperantia*, c. 1. dub. 4. num. 21. [Pecet aliquis, quid dicendum de cœnula vespertina, siue de collatiuncula, vt communiter vocatur? Respondetur, illam licet esse, non tantum ne potus noccat, vt solet dici; sed etiam aliquius alimenti causa. Ita docent Medina C de ieiunio, quest. 8. Caeterus verb. *Ieiunium*, Nauart, cap. 1. num. 15. Tannerus tom. 2. disput. 3. quest. 3. dub. 5. numero 91. & plures alij. Fundamentum sumitur ex consuetudine: unde & mensura illius trit sūmenia, quam pro varicata locorum, scilicet, probat prudenter, & timoratorum vīsus. Notat autem Bonacina t. 2. de *Præceptis Ecclesiæ*, disput. vii. quest. 1. pīnc. 3. num. 3, in hac cœnula, siue secunda refectione, vt loquitur, non ita stricte prohiberi cibi qualitatem, sicuti interdicitur quantitas. Unde addit, quamvis magis communiter sumatur in cibis, quibus vescimur ante, vel post prandium, (vt hic in Belgio in pane, & butyro;) possit tamen etiam sumi pīsciculus, vel particula aliqua pīscis maioris.]

6. Et hanc sententiam tenet etiam Zambellus in R. pert. Moral. ver. *Ieiunium*, num. 9. Pasqualigus in *Praxi de ieiunio*, decis. 113. vbi citat Caet. & Bizozenum, illam probabilem esse fatur Trullench. in *Decal.* tom. 1. l. 3. cap. 6. n. 8. & Machado tom. 1. l. 2. part. 4. tr. 3. docum. 7. n. 1. ex authoritate Doctoris D. Garcia de Porras, *Sacerdotum Canonum vespertini Professoris*, in emporio omnium scientiarum celeberrimæ Salmanticensis Academiæ.]

7. Sed, his non obstantibus, negantiam sententiam communiter docent Doctores, ita vt falsam, me citato, affirmatam existimet Ioannes Henriquez in quest. *præticab.* s. t. 16. quest. 4. Et nostram sententiam, me citato, docet nouissime Pater Pellizzarius in

Man. Regul. tom. 1. tr. 5. cap. 5. num. 14. cui addit doctrinam Patrem Leandrum à Murcia in questione *Regulare libri*, ad cap. 2. super cap. 3. *Regula D. Francisci*, num. 42. vbi sic ait: [En quanto à la calidad, conuenient todos, que ha de fer de manjares de poca sustancia, como son frutas, conservas y yerbas; però no se puede hazer con manjares sustanciales, como son los, que de ordinario sirven a la comida; esto es, ni con pescados, huevos, ni lácteos, ni con legumbres de mucha sustancia, como seria con una escudilla de garbanzos, ó con otros potajes semejantes. Esta sentencia la tienen commentante los Doctores. Y le pruevan: porque la colacion, assi quanto à la cantidad, como en quanto à la calidad, se ha introducido por la costumbre: luego a ella se ha de estar en entradas cosidas, jamas se ha introducido en la Iglesia, que se haga colacion con los dichos manjares sustanciales, fino, con los referidos de menos sustancia, luego solo con ellos se puede hazer colacion.] Ita ille, & iterum ego, non obstante, quod sciam id, quod Psalmista cecinit: *Si non fueris saturati, murmurabunt.*

8. Nota hæc etiam, quantitatem viciarum octo, quam ego probabilitate alii potius sumi in collatione *tertina*, p. 2. e. 3. fol. mibi 220. [Difficultas est de qualitate, an possit quantitas illa modica sumi de cibis qualibet, quinque licitis in diebus ieiunij, puta, de pīscibus? Bonacina assertit, in *vespertina collatione* non tam cibi qualitatem, quam quantitatem attendendam: & ita licet, collatiunculam de pīscibus, aut etiam de ouis, extra Quadragesimam, sumere, si modò quantitas non excedatur. In hunc autem insurgit acriter Antoninus Diana, & assertit, sic frangi ieiunium, peccari mortaliter ob qualitatem cibis sumptu; allegatque operosè multis Doctores, dicentes, non licet collationem facere, nisi cum modico pane, & fructibus, vel herbis, aut electuaris, & similibus leuioribus cibis, nec aliud confuetudinem permittere, sed esse corruptelam. His tamen non obstantibus, Bonacina sententiam nonnulli sequuntur, & dicunt, licet loco frumento, vel pīsciculum, vel pīscis grandioris particula sumere, vel aliquid cibi alterius cuiuscumque liciti in diebus ieiuniorum, si modò non excedatur quantitas modica. Et quamvis non sit suadendum ordinare huius sententia vīsus; tamen cum causa aliqua adest, potest fieri sine peccato; &, si fiat sine villa causa excusante, ego non existimo esse nisi veniale.]

R E S O L . C XXI.

An iuscum ex pane cocto, vel pane cum emygdaliis in collatione serotina adhibere posse, etiam si sumatur in ea quantitate quæ separatis sumi posse? Ex. p. 1. t. 1. R. c. 34.

§. 1. **N**egatiuē responder Layman, in *Theol. moral.* S. tract. 27. p. 2. cap. 2. num. 31. quia, vt ipse assertit, fit aliud genus ferculū, quod non ingredi solet ieiunium; sed apponit in mensis ad alcendum. Agente enim posse igne, ea qua separatis cibi leuiores sunt, evadunt cibi ad sustentandam naturam; incrassant enim, & fit quoddam artificiale diuersum. Unde aqua ipsa que antea erat potabilis, & lumen poterat in qualibet quantitate, ablique fractione ieiunij; potest sumitur per modum cibi, & certis limitibus tantum sumi potest, nisi frangendum sit ieiunium. Ut omitat multo plus ponderare eiūmodi iuscūla, quam res separatas, ex quibus confecta sunt, arque addit demandum est ex his, quod superat debitam mensuram.] Ita Fillius.

2. Non recibo tamen Azorium, p. 1. l. 7. c. 9. q. 9. contrarium docere, vbi sic assert: Quæst. an licet aliquid succulenti sorbendo lamere loco refectuncula vespertina. Respondeo, fas esse, dummodo iuscūla cum aliquo cibo in diebus ieiuniorum vertice coctum non sit; sed tantum, vel cum pane, vel cum fructibus, aut herbis.] Ita ille, quem postea sequutus est Regi-